// Circa conditionem, et modum, quo gratia actualis auxilians ad actus salutares requiritur, et concurrit, dubitari solet, an singulis actibus salutaribus singularis gratia actualis requirantur, vel sufficiat ad plures actus salutares subordinatos, sive procedentes ab aliquo uno illustratione mentis et uno voluntatis inspiratione. Non sufficere unam gratiam auxiliantem ad plures actus subordinatos salutares, sed ad singulos singulares requiri docet P. ... citato d. 106, sect. 8; sed sufficere tenendum est nobis cum P. Suarez lib. 3 de auxiliis cap. 40, P. Montesino de providentia disp. 44, sect. 2a, et aliis. // Probatur primo, ut voluntas sufficienter

vocet, et excitet ad actus salutares ponendos, solum requiritur quod intellectus cognoscat per illustrationem supernaturalem obiectum, et quod ferat voluntatem, et quod voluntas inclinet per inspirationem supernaturalem ad obiectum talis actus amplectendum; sed per gratiam auxiliantem proponentem obiectum actus imperantis ut talis, sufficienter cognoscit intellectus per illustrationem supernaturalem obiectum, in quod feratur voluntas per actum imperatum, et per gratiam inclinantem voluntatem ad obiectum actus imperantis ut talis, sufficienter inclinatur voluntas per inspirationem supernaturalem ad obiectum actus imperati amplectendum: ergo praeter gratiam actualem auxiliantem, et moventem ad actum imperantem ut talem ponendum non requiritur aliud gratiae auxilians movens ad ponendum actum imperatum salutarem: et sufficit uno gratiae auxilians ad plures actus salutares subordinatos ponendos. Consequentia sequens, Maior constat in terminis, et communis magistrorum in hac materia doctrina. Minor probatur, quia gratia auxilians proponens obiectum actus imperantis, ut talis proponit etiam indivisibiliter obiectum actus, cum quo connectitur actus imperans ut talis et similiter gratia inclinans voluntatem ad obiectum actus imperantis, ut talis inclinat in obiectum actus cum quo connectitur actus imperans ut talis: implicat enim quod moveat voluntatem ad actum imperantem ut talem, quin virtute eius actus imperantis. Sic, et imperanti obiectum [illegible] et ad virtute eius actus obiectum amplectendum inclinet voluntatem obiectum actus, cum quo connectitur actus imperans ut talis est obiectum actus imperati: ergo etc.

Sed obiicies. Respondeo.

1. omnis actus salutaris supponit per se gratiam auxiliantem, quae moveat, et excitet voluntatem ad ipsum; sed actus imperans, ut religionis verbi gratia non supponit per se actum religionis: nam actus imperans religionis supponit per se actum charitatis imperantem: ergo ideo actus imperatus gratiam aliud auxiliantem

necessaria est, quae ipsi actus per se supponant. 2°, praeter
illustrationem, et affectionem bonitatis Divinae moventes
ad actus charitatis, requiritur etiam ad actus religionis su-
pernalis illustratio, et affectio supernalis honesta-
tis, quae amat actus religionis; […] illustratio, et affec-
tio supernalis alicuius honestatis movere et alli-
cere voluntatem ad amorem ipsius, est gratia actualis auxi-
liaris, quae praeter gratiam actualem auxiliantem ad hos actus
imperantes charitatis, necessaria est alia ad reliquos
actus sequentes, et imperatos. Mihi etiam consequenter
magis probatur, quod omnis affectus in principio supernatu-
ralis charitatis vendicat sibi bonitatem, et affectionem
supernalem solam, in quod fero.
Ad […] decidendo
magis et minus, et dicendo […] 2° ad actus impe-
ratos, gratia alia auxiliaris solum excitans, et prae-
veniens, distincta ab actu imperante necessaria est
non est, gratia alia […] consistens in ipso actu impe-
rante omitto. Unum necessarium […] ad actum
imperans […] supponitur gratia auxilian-
te, quae moveat et excitet voluntatem ad ipsum, ceterum
non gratia excitationi, et inspirationi […]
[…] quae ad actus imperantes vitaliter movet et
allicit. […] hic […] actus […]
supponat voluntatem, et ad illius amplexum efficaciter
inclinet, ut dicere, quod actus imperans religionis
non supponat per se actus imperantes charitatis, nihil
obest, quia nos non loquimur […] de gratia
auxiliante, quae consistat in affectu efficaci, et de libe-
rato charitatis […] auxilio Divinae gratiae nume-
ravimus supra […] de gratia auxiliante quae
in illustratione et affectione simplici consistat, sive
quae dicitur excitans, et praeveniens omnes nostras
deliberatas vias.
Ad […] explicatur dicendo, est
magis, praeter illustrationem, et affectionem bonitatis Divinae

moventis ad actum charitatis, licet requirit aliud ad actum
religionis ut sic, dato mare moventis ad actum charita-
tis, ut imperantis actum religionis, non mare. Etenim
illustratio et affectio divina supernalis movens ad
actum imperantis, ut imperans est, et ex nexu licet actui im-
perato sufficiens, et ponit utrumque actus obiectum
et dignitatem; unde non est necessarium quod imperans ut
talis sibi vendicet specialem actum illustrationis, sive
[illegible] et affectionis dictae a Deo, quae praecedit charitatem,
et movet ad imperantem ut talem.

Dubitatur 2º

An ad externi operis executionem necessaria sit gratia
actualis dicta ab illa, quae ad actum internum
et efficacem requirit. Sequitur esse dictum in nostris
supradictis citato nº 44 [illegible] actualem efficacem
distinctam in volitione interna non supernali. Hanc enim
ad executionem externam actus necessariam esse certo
certius est: licet executio externa salutaris, et me-
ritoria nequeat poni absque volitione efficaci su-
pernaturali interna; hoc autem volitio dicta gratia
est ab illustrationibus et affectionibus supernalibus
sive a gratia 1º excitante et praeveniente, de
quo difficultas instituitur, in eo negamus resolutio
ex supra dictis fluit: quod ad actum externum
salutarem ponendum solum requiritur quod intellectus cognoscat
per supernalem illustrationem et voluntas inclinetur
per supernalem affectionem in obiectum actus externi,
sed actus externus non fiet dicto obiecto amando
ab ipso actu interno; ergo novo illustratio, et affectio
sive dicta gratia excitans minime ad illum necessaria
est. Adde quod saepe ipse actus externus est obiectum actus
interni, ad quod ponendum gratia excitans interne
movet voluntatem.

Dubitatur 3º, an ad actum
salutarem necessario sit gratia auxilians actua-
lis actu, et physice existens, vel sufficiat physice

praeterita moraliter exiterit? P. Suarez lib. 3° de auxiliis
cap. 4, quem sequitur P. Granado controversia 8 de gratia tr. 5 docet
solam memoriam vocationis divinae praeteritae sufficere ad actum
salutarem eliciendum. P. P. Tannerus hic disp. 6 q. 3, et
Montoya de providentia disp. 41 sect. 2 asserunt sufficere
illustrationem et inspirationem praeteritam, dum actualiter durat
operatio aliqua supernaturalis: ergo si aueret actum charitatis
maneret ad actus aliarum virtutum, praeterita jam phisice
illustratione, et inspiratione supernaturalibus ambabus, et
non sufficere gratiam auxiliantem phisice praeteritam, sed requiri
actu phisice existentem, verius similius mihi est.
Probatur

1° contra P. Suarez: quia memoria divinae voca-
tionis praeteritae vel est naturalis vel supernaturalis; si naturalis
sit nequit ad actum salutarem eliciendum per se conferre:
ratio est: quia cognitio naturalis nequit ex se ipsa [illegible]
affectum supernaturalem salutarem excitare et elicere.
Dices credendum, obiectum illius actus memoriae esse voca-
tionem supernaturalem sive gratiam auxiliantem praeteritam, quam
talis memoria supponit. Contra, quia etiam Pelagius admitte-
bat cognitionem naturalem misteriorum supernaturalium habitam
ex lege Evangelica, tamquam necessariam, ut dicebat
[illegible] requirebant cognitionem aliquam
altiorem supernaturalem, quia sufficeret cognitio naturalis habens
pro obiecto aliquid supernaturale, ergo similiter sufficiens non
erit ad excitandum, et eliciendum affectum supernaturalem
praeteritum: requiritur ergo gratia, et supernaturalis pro obiecto,
et motiva gratia interna supernaturalis, si tamen me-
moria huius vocationis praeteritae sit supernaturalis, ~~[illegible]~~
est illa auxilians gratia supernaturalis actu existens
siquidem est actualis et supernaturalis pro obiecto, in quod fe-
ratur voluntas, et motio actu existens ad actum salu-
tarem ponendum: ergo erit iterata quaedam divina vo-
catio, et non sufficiat praeterito phisice non existente.
Contra

discursum P. P. Tanneri, et Montoiae sic arguo: 1° si admittamus

qd preterito illustratione supernali movente ad actum charitatis permaneat phisice ipse actus charitatis qui falsum ... requirit illustratio ad sui illius existentiam, ita etiam ad eius conservationem, ad hunc nequit voluntas moveri ad actus aliarum virtutum, ratio est minima; quia nec ipse actus charitatis, nec illustratio divina preterita moveris ad actus charitatis, est propositio supernalis obiecti, in quod ferat voluntas per actus aliarum virtutum, scilicet spei, et fidei; sed ad actus supernales elliciendos requirit propositio supernalis obiecti, in quod feratur voluntas per suos actus: ergo ad actus salutares aliarum virtutum elliciendos non sufficit illustratio phisice preterita, etiamsi duret ~~...~~ actus charitatis, ad quam movet, sicut inde vocatio preterito ad dilectionem Dei non vocatio ad actus fidei, quo etiamsi moraliter perseveret in actu charitatis per talem vocationem ellicito, sufficeret ad actus fidei elliciendos.

Probatur nostra solutio, quia ad actus supernales salutares elliciendos requiritur interna gratia supernalis per sui formalem exhibitionem excitans voluntatem ad illorum positionem; sed sola gratia auxilians actu phisice existens potest esse excitans, et alliciens voluntatem per sui formalem exhibitionem ad actus supernales salutares elliciendos, ergo gratia auxilians actu phisice existens requiritur ad actus salutares supernales elliciendos, nec sufficit gratia auxilians phisice preterita. maior constat de fide gratiae auxiliantis ab omnibus admissae: et est interius donum supernale transeunter inherens animae rationali ad actus salutares movens, et iuvans, sed donum, quod inheret animae rationali movens ad actus salutares per sui formalem exibitionem excitat, et allicit voluntatem ad illorum positionem: ergo etc. maior si ... probatur quia solum gratia actu phisice existens potest per sui formalem exhibitionem concurrere ad actus salutares, ut patet: ergo gratia auxilians phisice preterita

nequit praestare per sui realem exhibitionem subito concursum
ad actum, sive effectum suum; sed praecise potest praestare obiectivum
concursum in actum salutarem, quatenus est obiectum cognitio-
nis praesentis: idem, quod non existit phisice actualiter nequit
se exhibere secundum entitatem, sed obiectiv[e]: ergo non sufficit gratia phisice
praeterita, quae solum obiectivum concursum praestare potest in
actum salutarem: sed requirit gratiam actualem phisice existentem,
quae solum per sui realem exhibitionem potest concu-
rrere.

Ad 2um [argumentum] quod obiiciunt adversarii: sic arguitur:
ad rationem gratiae auxiliantis sufficit concursus moralis illi-
us in actum salutarem, et non requirit per nos phi-
sicus et efficiens: sed concursus moralis in actum saluta-
rem potest praestari a gratia auxiliante phisice praete-
rita, et non existente phisice: ergo ad actum salutarem
non requirit gratiam auxiliarem phisice existentem. Maior
[constat]. Minor ex experientia, saepe contingit quod homo ex memoria divinae
vocationis praeteritae convertatur, non convertendus, si
ea memoria non occurrisset: ergo vocatio phisice praeterita
concursum suum praestare potest ad actum salutarem: ergo
non requirit phisice actualiter existentem. Probatur ab aucto-
ritate [Christi], quia Christus Dominus Ioannis 14 ab Apostolis
discedens permisit illis solam memoriam suarum
cogitationum, et vocationum ad eliciendos actus saluta-
res: dixit enim: *Haec loquutus sum vobis apud vos*
manens: paraclitus autem, Spiritus Sanctus
quem mittet Pater in nomine meo, ille vos doce-
bit omnia, et suggeret vobis omnia, quaecumque dixero
vobis, id est, in memoriam reducet seu memorabit
ut exponunt Chrysostomus et Cirillus: ergo sola memoria
doctrinae et illius vocationis divinae phisice praeteritae
sufficiens est ad actum salutarem eliciendos.

Respondeo ad
[ma]iorem, admittendo maiorem, et distinguendo minorem: sed concursus
moralis realis, et internus potest praestari a gratia
phisice praeterita, nego minorem; concursus moralis obiectivus

et externus omitto, decursus gratiae auxiliantis in nostro [illegible], moraliter, ut s.[illegible] dirigit [illegible] phisice efficiendo actus salutares, non tamen moraliter, ut evenit in decursu causae solum moraliter, sive in esse [illegible] moraliter existentes: Etenim licet nostri auxiliarij non efficiat phisice actus salutares, tamen decet actum impellere movere, et allicere voluntatem et alio prior effectu ad illos eliciendos per suam [illegible] exhibitionem [illegible] voluntas, quae [illegible] exhibicio, et mocio interna dicit actualem existentiam et in herentiam gratiae auxiliantis: modus ergo moraliter decurrendi pure obiectivus eius evenit rebus, et obiectis externis, quae licet supernaliter sint intra auxilia divinae gratiae minime numerantur.

[illegible] ad [illegible] admitto [illegible], et disquod [illegible] consequens: quod vocatio phisice praeterita praestare potest actus salutares suum decursum pure obiectivum, omitto consequens: suum decursum [illegible] et [illegible] auxiliantis gratiae non [illegible], hoc pacto etiam honestas obiecti supernalis [illegible] praestat suum decursum obiectivum ad actus salutares, seu ad suum amorem supernalem, nec est in [illegible] auxiliarij gratia interna, nec [illegible] decursum proprium gratiae auxiliantis: [illegible], in illo autem casu memoria vocationis praeteritae ut supra indicavimus, et quaedam nova divina illustratio vocatio est supernalis actu phisice existens, movens [illegible] voluntatem per suam [illegible] exhibitionem: perinde [illegible] gratiae auxiliantis [illegible] vito [illegible].

[illegible] ad [illegible] dicendum, memoriae illae Christo Domino Apostoli [illegible] fuisse novae quae [illegible] gratiae auxiliantes supernales, claridea [illegible] illustratione et cognitione [illegible] tenendum fidem, et verae Dei, Spiritus Sancti speciali favore, et magisterio accessit commune ad salutarem operandum, et [illegible] uberius instructi erant et [illegible] [illegible].

Cap. [illegible]

absoluit [illegible] capitis praecedentis.

Dubitat. 9o. an ad actus omnes saluta-
res eliciendos praeter gratiam auxiliantem illuminantemque, ne-
cessaria etiam sit gratia auxilians affectiva seu inspi-
rativa, quae in affectu complacentiae simplicis voluntatis
erga obiectum per illustrationem divinam propositum consistit? Sup-
ponitur, gratiam illuminantem requiri necessario, eo iure
quod nullus affectus supernalis salutaris, et
deliberatus potest elici a voluntate, absque praevia
cognitione obiecti, in quod fertur et afficitur per suum actum:
praevia cognitio movens et dirigens ad eliciendum actum su-
pernalem salutarem et deliberatum eliciendum est gratia au-
xilians illuminans: quod excipit Aug. tract. 3 in 1 ep.
Epist. Sancti Ioann. de quo concionatur ad po-
pulum, sic auditores alloquitur, si non sit intus qui
doceat, inaniter strepitum nostrum facimus: nam quod fratres
sermonem istum omnes auditis? quam multi hinc
indocti exituri sunt? quantum ad me pertinet, omnibus
loquutus sum. Et illi, quibus intus non loquitur, quos
spiritus sanctus intus non docet indocti redeunt. Si-
milia D. Fulgentius. Verba dedimus supra in 3o. In quo ergo
quaestio
praecipue procedit cum gratia auxiliante affectiva: et quidem
nulla mihi specialis dubitandi ratio occurreret: cum
ex supra dictis constet aequaliter loqui concilio, et PP. de
gratia affectionis et inspirationis, ac de illuminationis
gratia, et utramque contra Pelagium videantur indiscrimi-
natim requirere. Deinde, quia ad actus ante iustificationem pe-
catoris peccatoris tales gratiae affectivae omnes dicendi. Ut
necessariae requirantur ut deinde dicendum, necessarie
de adultis: quod necessitas huius gratiae non est quatenus praeter
concursum efficientem physice ad actus salutares, quem talis
concursus non praestat a gratia actuali, ut nos iudicamus
sed suppleri per auxilium extrinsecum posset; quatenus ponit
concursum tale morale alliciendi, et afficiendi voluntatem
illiusque debilitatem roborandi, quo concursu etiam voluntas
instructa habitibus videtur indigere: Deinique quia

apud me certe est, talem gratiae affectum necessario resultare ex spe supernali boni honesti amandi, quam libere exhiberi potest a voluntate saltem amplexus in obiectum complacentiae.

11. Dico quod plures sequuti P. Suarez libro 3 de auxiliis cap. 4 et 5, et P. Vazquez 1. 2. disp. 185 cap. 6 et 8, Granado controversia 8 de gratia tractatu 2 disp. 1 asserunt posse hominem iustum in materia post illustrationem supernalem absque gratia affectionis moveri affectum deliberatum et salutarem elicere, ac proinde gratiam affectionis necessariam non esse, sed solum spem concurrat ad affectum salutarem, ideo necessitas talis gratiae affectionis ad omnes omnino actus salutares specialiter nobis stabiliendae. 1o ex Trid. verbis sess. 6 can. 3, siquis dixerit sine praeveniente Spiritus sancti inspiratione atque ipsius adiutorio posse hominem credere, sperare, aut diligere, sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit; quo affectum voluntatis sive affectionis gratiae auxiliantis nomine inspirationis insinuatam requirit necessario Trid. Ex quo fit certum ad reliquos omnes actus subsequentes gratiam iustificationis: quia non alio pacto ferat voluntas in amorem Dei et peccatorum detestationem aliosque virtutum actus, ante quam positive iustificare.

cierem ei operare possunt et solent opportunitate. Dico et nec subsequentes actus subsequentes iustificationem eliciendos adeo habere supernales, ad antes autem non adeo; ac proinde affectionis gratiam requiri: 2o quia manifeste, quia etiam ad veros actus modus concurrendi habitum supernalium diversi generis est, a modo concurrendi gratiae affectionis: quia affectus gratiae affectionis supleri nequit per existentiam seu praesentiam habituum supernalium, sicut lo... quia concursus unius lineae nequit per concursum alterius lineae supleri: unde Deus non posse suplere concursum cause specialis communit

d vere dicitur, sed posset suplere concursus eius efficientis. cuius
d stat quod concursus gratiae affectivae est effectivus et moralis
seu intentionalis; concursus a habitibus supernaturalis
non vitalis est pure phisicus, et effectivus. ¶ Dico 2º quod

adhuc existentibus habitibus supernaturalibus in homine
iusto, requirunt ad versantis ad actus illius salutares
illustratione supernaturali, quae haec movet voluntatem in ge-
nere effectivo, et moralis, sive intentionalis, atque
adeo supleri nequit illustrationis vitalis defectus per
presentiam habitus non vitalis; et similiter affectiva
gratia supernaturalis movet voluntatem in genere cau-
salis et moralis, seu intentionalis ad actus salutares,
quod non poterit illius defectus per existentiam habitus supleri;
ergo si ad aliquos supernaturales actus requiritur talis gratia
affectiva, ut adversarii negare nequeunt, plane illius
necessitas non superatur per existentiam habitus ad actus
subsequentes iusti non [illegible]. ¶ a ratione probatur dictus
noster P. pal. citata disp. 106. sect. 6. nº suo 42, quia
omnem affectum salutarem prevenit necessario illustratio
supernaturalis eius honestatis obiecti: sed ex illustratione
supernaturali honestatis obiecti excitatur necessario affec-
tio supernaturalis erga ipsum, quod liberum arbitrium possit illud
cohibere, ut probavimus relinquens disp. 40 sect. 6, 9º; ergo
preveniente necessario affectum salutarem illustratione
supernaturali, debet eum praecedere et prevenire ne-
cessario affectio supernaturalis; sed haec non mihi non probat
necessitatem gratiae affectivae ad actus salutares eliciendos,
sed illius concomitantiam naturaliter in se parabile, quod quod
affectiva gratia necessario excitetur ex supernaturali illus-
tratione, seu spe boni et honesti obiecti non probat esse
per se necessarium ad effectum ponendum; sed semper nece-
ssario dari, quoties effectus ponitur: sic ut ignis producat
ignem, calorem in extraneo subiecto, non requiritur

necesario Calor existens in igne producente, et semper concurrens existentia causae ~~adequatae et necesariae~~ producendo effectum; videndum quod convirtus ipsa causae adequatae, et necesariae ad actum salutarem ponendos per se includat et requirit gratiam affectivam, et non per accidens, aut per naturam concomitantiae.

Ubi ergo quod saepe in dicatum non minus indiget homo in natura lapsa gratia supernali illustrante in ordine ad supernaturalia actum salutaris operandum, quam gratia supernali inclinante et afficiente voluntate, quod non minus requirit affectivam, quam illuminativam gratiam ad actum salutarem efficiendum, et sic ... ; ante ... quod non minus ... natura reddita est infirma ad salutaris operandum per ignorantiam intellectus, quam per voluntatis difficultatem, inuti... quae impedit potentias: quod si ad intellectus ignorantiam depellendam indiget homo in natura lapsa iuvamine supernaturalis gratiae illuminativae non minus indigebit gratia affectiva ad roborandam voluntatis infirmitatem, et vincendam difficultatem quoad opera salutaria.

Sed Dices quod sine gratia affectiva potest voluntas habere tantam propensionem et facilitatem ad eliciendum amorem efficacem salutarem erga ... obiectum honestum, quantum haberet si haberet praesentem gratiam affectivam sive ... complacentiam erga tale obiectum, et eo ipso habere potest absque affectiva gratia quod quod illi praestat gratia affectiva ad eliciendum amorem salutarem; ergo absque gratia affectiva habere potest voluntas sufficientiam ad eliciendum amorem salutarem. Consequentia haec liquet: quia voluntas habet sufficientiam absque gratia affectiva, quando absque illa habet quidquid ipsi praestaret talis gratia existens actualiter. Minor ... probatur: quia gratia affectiva nihil aliud praestat voluntati nisi propensionem et inclinationem, et facilitatem ortam ex ... delectatione et suavitate erga obiectum honestum ad efficaciter amandum tale obiectum. Maior vero ... patet:

quod ex consuetudine amandi efficacius talia obiecta honesta
fieri potest tanta propensio et facilitas amandi illud
quanta haberetur per gratiam affectionis. Probatur: habitus
efficacius amandi obiecta honesta acquisitus per continuam
repetitionem actuum voluntatis potest etc. in tenuiorem sim-
plicem affectionem et delectationem erga tale obiectum, ad habi-
tum acquisitum intensiorem nequit non provenire propen-
sio et facilitas saltem aequalis propensioni et faci-
litati provenienti a simplici affectione et delectatione
erga tale obiectum: ergo per habitum amandi acquisitum per continuam
repetitionem actuum voluntatis fieri potest voluntas propen-
sionem et facilitatem amandi eandem saltem aequalem propensioni
provenienti a simplici complacentia et delectatione erga
tale obiectum.

Ad tangit argumentum de facultate erga naturas
habitum ~~amandi~~ acquisitum ~~per continuam repetitionem~~ de quo
egimus lib. 3. de anima [illegible] 2. ex dictis ubi docuimus, ne
esse habitum acquisitum pertinentem ad intellectum, neque
pertinentem ad voluntatem esse qualitatem distinctam ab spe-
ciebus impressis relictis in animo ex repetitione
actuum, quae species factae intensiores ex actuum repe-
titione deserviunt tum ad meliorem cognitionem obiecti, tum ad ma-
iorem complacentiam, amorem et [illegible] quem excitant in
anima, unde munus facilitandi potest, tribuendi ma-
iorem propensionem in amore obiecti non movimus habi-
tus emotivis [illegible] ab speciebus et alijs effectivis,
quatenus efficiunt [illegible] tractionem claritatem et comple-
centiam intensiorem, [illegible] ab ipsis illis tractionibus, et
affectionibus intensioribus, et [illegible] inclinantibus
[illegible] voluntatem. De quo puncto videndi in physica
sunt Hurtado, Arriaga, Oviedo, et Spinula, alij
et apud [illegible] lib. 8. metaphysicae [illegible]

Ad hinc [illegible]
[illegible] maior, [illegible] propensio, et facultas [illegible]
[illegible] affectionis maior, [illegible] complacentia, et [illegible]
[illegible] in obiectis [illegible] amare: quae affectio [illegible]

intensior ratio speciei in tentatione — sit intensionis ratio non
ex repetitione actus acquiriri, et hoc quia, ergo est difficultas
tuae, non autem praestare potest quod propensio affectivam
voluntatis conveniat physice, et quam istam naturaliter
dico quia gratia affectum non est adiuvans, facie docet, in morali
dictum mirum: quod ad habitum acquisitum intensionem nequit
non convenire efficienter propensio, et facultas ergo voluntatis
amandi, dicto mirum, nequit non convenire physice, non mirum.
Diximus tamen cum asseremus de causa efficiente au-
xiliorum: duo quae quomodo convenire possunt et affec-
to physice conveniunt auxilii actualia ab habitibus
supernaturalibus [illegible], quo pacto nunc dicimus etiam
affectus, qui est inclinatio, facilitas, et propensio for-
ma [illegible] et vita voluntatis ad amandum obiectum
physice convenire ab illo habitu acquisito in specie
intensiore relicta: Unde nunc quod secundum potest vo-
luntatis absque gratia affectivam actualiter excitante
habere inclinationem et propensionem physice ad eliciendum
amorem efficacem Dei...

Dubitatur an [illegible]
necessitas gratiae illuminantis et affectivae ad actus salu-
tares eliciendos, ut neque de potentia absoluta possint
elici absque utraque. — difficultas ista supra
a n° 129 ubi diximus, posse fieri actus salu-
tares absque gratia actuali auxiliante [illegible]
supernaturali per solam cognitionem et affectionem naturalis;
modo autem [illegible] potest [illegible] supposito, quod
sine cognitione aliqua gratiae [illegible] nequit poni
actus liber voluntatis, ergo dicis an absque affectione
vitali, seu complacentia simplici, ergo naturali prece-
dente possit elici actus liber et salutaris saltem
de potentia absoluta. Respondendum quod est affirmative:
quod etiam ex nostra ratione affectus absolutus et deliberatus
est naturalis, qui sit supernaturalis, ergo absolute si
supponat complacentiam simplicem, o indeliberatam [illegible]
illius: tamen eius necessitas nequit ex nullo capite

tanta lenitate, quae divinitus eius superari non possunt, prae-
sertim, componi possunt omni per illius tractionem interiorem, im-
pedirentur a Deo producendo complacentias sive pias erga
obiectum propositum, ferrique nostra voluntas per affectum
actum deservatum, et salutarem in talibus, ut infir-
mitas et inertia voluntatis non roboretur per mo-
tionem affectivam, sed solum per motionem illius tractivam interi-
orem.

Disp. 2a.

De auxilio sufficienti divinae gratiae.

Cap. 1um.

De esse, et existentia auxilii sufficientis divinae gratiae.

Cap. 1.

De fine auxilii sufficientis cum quo exicitur stabilitur.

Antequam agendum de divisionibus actualis gratiae auxiliantis ante eius existentiam praecipuam, et notionem illius esse diximus quae in sufficiens et efficax dividitur auxilium divinae gratiae: ut ergo unius notio cognoscatur alterius esse cognitione necesse est, auxilium ergo divinae gratiae sufficiens simpliciter tale, et sufficiens cum addito non diminuente, id est explicante talitate in ordine ad illius sufficientiam simpliciter tale apud nos est donum supernaturale gratuitum transeunter inhaerens creaturae rationali, quo illa redditur prope et absolute potens actum salutarem elicere. Alii vocant hoc auxilium sufficiens praecisivum, quatenus videlicet praescindit ab efficaci et inefficaci; solum autem differt ab auxilio sufficienti quod non reddit proxime et absolute potentem creaturam elicere actum salutarem, dicitur a nobis sufficiens simpliciter tale quia illud non, et sufficientia vere competit tam auxilio efficaci quam inefficaci, hoc est tam auxilio quod iungitur cum actu salutari, atque donatur a Deo, quam auxilio quod propter dissensum liberum creaturae cum actu salutari non iungitur. Nota apud theologos familiarior, et

et praecipui quod nomine auxilij sufficientis et gratiae pure sufficientis, seu inefficacis ad dicit a me sufficiens cum addito non diminuente, ad explicante talitatem e priori sequitur, et quo pacto differt ab efficaci, et quod membrum divisionis huius, ideo quod omnium theologorum qui eam excogitarunt divisionem, ut declararent, in iis qui non operant salutarem sufficientiam, et potestatem proximam operandi dari, sic ego dico ex pono: auxilium pure sufficiens est in gratia donum supernaturale gratuitum transiens in genere causae realis, reddens absolute, et proxime potentem ad actum salutarem eliciendum, et cum illo non iungendum, reddit per auxilium sufficiens, quo pacto accipitur proxime, et absolute potens. Vero tali actus salutares elicere voluntas de se impotens, et insufficiens actus salutares elicere, ita supplet ex parte actus ut ad illos eliciendos, ut nihil illi desit, hominis si se decreto libere ponat actum salutarem, quo pacto reliqui alii possunt dicunt proxime, sive esse in actu proximo, ad actum per ultima verba denotat discrimen auxilij pure sufficientis ab efficaci, quippe est actu iungendus illud est cum actu salutari numquam iungendum est, non est iungendum.

notaverim in auxilium

Deus omnibus dicitur dari sufficiens, sive movere sufficienter et potestatem proximam, et absolutam eliciendi actum salutarem, esse realiter non sufficit solo gratia actualis movere sufficienter in ordine morali, et intentionali, quod plures loquuntur efficienter ..., seu causa physice et efficienter actum salutarem, quod nomine auxilij sufficientis intelligunt theologi, dicimus cum supplens sufficienter quod in ordine ita requirunt ex parte actus ... ad actum salutarem ponendum, ut praeter illo nullo alio indigeat. Vero est in ordine morali, quod ... ad actum salutarem ponendum, vero autem ... gratia actualis ... dicitur auxilium sufficiens ... gratia actualia ... existens sed a ... debitur ... religiosorum ... alio ... praerequisita ad actus salutares pertinentia.

Y huius auxilii pure sufficientis, seu inefficacis existentia pluribus probat a d[omin]us Suarez & Ripal. & 3 & a Michaele Bay adisp. 23 nobis breviter probat. Deus confert homini ad conversionem salutarem, vel conversionem talem auxilium, ut imputet homini ad culpam non conversionem salutarem. Atqui Deus ipso confert homini auxilium absolute sufficiens quod sit pure sufficiens, & inefficax ab homine per non conversionem: ergo confert Deus de facto talia auxilia sufficientia pure hominibus non convertentibus: ergo haec existunt. Consequentia minor probatur: quia immerito imputaret ad culpam negationem conversionis salutaris homini non habenti potentiam proximam & sufficientiam auxilii ponendi. Major vero multis ex sacra Scrip. probatur: & praecipue ex illo Isaiae, ubi Deus imputat culpae hominum sterilitatem suae vineae, sive carentiam fructuum salutarium. Postquam illum adeo sedulo procuravit, atque etiam conqueritur: nunc ergo habitatores Jerusalem, & viri Juda, judicate inter me, & vineam meam: quid est quod debui ultra facere vineae meae, & non feci? Expectavi, ut faceret uvas, & fecit labruscas, quo nisi culturam suae gratiae, auxilia, quae Deus homini providet, & quae. potius expectari poterant debiti fructus; increpat Deus iure illorum carentiam, culpabilis hominis sterilitatem damnando.

Omitto alia, quae. res haec apud catholicos certissima probatio licet, ut fallaciam Baianorum detegamus, qui acriter negant existentiam auxilii pure sufficientis in natura lapsa, & solum efficax esse sufficiens docent. Primae in illum lapsi sunt errorem, ut assererent hominem non habentem auxilium efficax ad salutarem actum non habere aliquid ex praesentibus illius vires requisitis; & inde quod est impossibile impletionem praeceptorum divinorum homini illa non implenti, quia homo illa non implens non habet auxilium efficax quod est solum sufficiens & necessario requisitum. Dicunt quod tale auxilium sufficiens ad salutarem operationem homini in natura lapsa solum est auxilium efficax. Sed auxilium pure sufficiens non est efficax: ergo non est sufficiens homini in natura lapsa ad salutarem

operandi; ergo in hoc statu nullum est auxilium pure suffi-
ciens. Maior probatur, quia auxilium sufficiens hominis in natura
lapsa debet esse intrinsece diversum ab auxilio sufficien-
ti hominis in natura integra; sed haec diversitas consistit in eo,
quod auxilium sufficiens hominis in natura integra poterat esse
pure sufficiens, et sufficiens hominis in natura lapsa solum sit
efficax: ergo.

Respondeo. Dicunt 2º auxilium pure sufficiens prae-
bet potestatem operandi salutariter, quae nunquam reducitur ad
actum; ergo prorsus inutile est, et non datur. Probatur consequentia, quia inuti-
lis est sola potestas, quae actualiter operari est impossibile;
sed auxilium pure sufficiens operari actualiter impossibile
est; ergo. Probatur minor, quia impossibile est, quod potestas constituta
per negationem actualis operationis operetur actualiter;
sed auxilium pure sufficiens constituitur per negationem actualis
operationis: ergo impossibile est, quod auxilium pure sufficiens
operetur actualiter. Dicunt 3º, nequit dari auxilium absolute
sufficiens absque efficaci; sed si daretur auxilium pure su-
fficiens, daretur auxilium absolute sufficiens absque
efficaci: ergo. Probatur maior, quia nequit dari auxilium absolu-
te sufficiens absque auxilio simpliciter necessario ad
operationem; sed auxilium efficax est auxilium simpliciter nece-
ssarium ad operationem; ergo. Maior est certa; minor probatur,
quia ad operationem salutarem est simpliciter necessarium
quod illam ponat auxilium supernaturale; sed eo ipso quod illam ponat
auxilium supernaturale, tale auxilium est auxilium efficax: ergo
est auxilium ponens, et causans operationem salutarem; ergo
ad hanc ponendam est simpliciter necessarium auxilium
efficax: ergo nequit dari absolute sufficiens absque efficaci;
ergo nequit dari auxilium pure sufficiens.

Respondeo. Ad 1um

nando maiorem: ad confirmationem distinguo maiorem, nego minorem: quia diver-
sitas auxiliorum in utroque statu lapso scilicet et integro
consistunt solum in eo, quod auxilium sufficiens hominis in
natura lapsa ad salutariter operandum debeat esse potentius
et robustius, sive maioris intentionis ad movendum

quam quod esset sufficiens homini in natura integra; maior enim virium
requiritur, ut natura infirma reddatur potens, et sufficiens, quam
ut natura integra, et valida ad salutariter operandum: enim infirmitas
a natura lapsae in duobus consistit. 1°. in amissione auxiliorum
supernaturalium gratiae per peccatum. 2°. in concupiscentia carnis, et in
inclinatione ad bonum delectabile, et sensitivum: ut ergo
vincat inclinationem hanc natura lapsa requiritur magis intensa,
et valida illius gratia, et efficacior gratia, quae inclinet
voluntatem ad bonum honestum, quam quae requireretur in statu naturae
integrae, in quo non daretur concupiscentia haec difficilem reddens
naturae lapsae honestam et salutarem operationem: haec autem diver-
sitas auxilii sufficientis respective ad vires utriusque
naturae non probat, quod auxilium sufficiens naturae lapsae debeat esse
efficax, sed quod debeat esse maioris roboris, quam quod esset suf-
ficiens in statu naturae integrae, propter defectum virium in-
clinationi vincendae.

Ad 2um dicendum quod: auxilium pure
sufficiens esse, quod numquam reducitur ad actum de facto, eventu
tamen auxilium aut potestatis ex se quam praebet, non actum;
defectu hominis, cui tribuitur, seu propter illius liberam re-
sistentiam, concedo, et non consequens est inutile, sed valde valde
auxilium, quod homini tribuit facultatem proximam operandi
salutariter, ad probationem dicendum quod: maior: inutile, et otiosum
est potentia, quae actualiter operari specificative accepta,
impossibilis est, concedo maiorem: quae actualiter operari reduplica-
tive accepta, impossibilis est, subdistinguo, impossibilis est impossi-
bilitate consequente, et proveniente a libera carentia opera-
tionis, ex parte arbitrii, nego maiorem, impossibilitate
antecedente, et proveniente ab insufficientia potentiae, concedo maiorem,
minorem similiter distinguo: auxilium pure sufficiens operari
actualiter, impossibile specificative acceptum, nego, reduplica-
tive, subdistinguo, impossibilitate consequente, et prove-
niente a libero arbitrio detractione seu libera caren-
tia operationis, concedo, impossibilitate antecedente et pro-
veniente ab insufficientia auxilii, nego minorem, et consequentiam.

sic omnia in nostris principiis, et explicatione ipsa clariora fient. Pro quo, quod defectu suae sufficientiae non operat in utilibus, non vero illa quae propter libertatem arbitrij caret effectu et fuit obiectas.

Ad 2um quod in genere aequivocatione laborat, sed dico nam, nequit dari auxilium absolute sufficiens absque efficaci potestative, seu aptitudinaliter efficaci, dato, concedo: absque efficaci actualiter, et absolute efficaci non conc. minorem similiter distinguo dato, si daretur auxilium pure sufficiens, daretur auxilium absolute sufficiens absque efficaci potestative, seu aptitudinaliter efficaci, nego, absque efficaci actualiter, et absolute efficaci, dato. Solem explico: auxilium potestative, seu aptitudinaliter efficax est illud, quod ratione sui aptum est, ut in vi, seu virtute illius, ponat in actu 2o operationem salutarem, auxilium actualiter et absolute efficax illud est, vi cuius ponitur in actu 2o operatio salutaris, quod cum sit auxilium absolute sufficiens et potestative, et aptitudinaliter efficax, tale est, ut ratione sui aptum est ut vi, et virtute illius disponat in actu 2o operationem salutarem, licet reipsa non ponat: unde nequit stare auxilium absolute sufficiens absque auxilio potestative, et aptitudinaliter efficaci. potest tamen stare auxilium absolute sufficiens absque auxilio actualiter, et absolute efficaci, quia potest esse tale ut vi illius non ponat operationem salutarem, licet poni possit.

Deinde ad maiorem ipsam aeque distinguo maiorem, nequit dari auxilium absolute sufficiens, absque auxilio simpliciter necessario ad operationem ut sit possibilem dato maiorem, absque auxilio simpliciter necessario ad operationem ut actualiter possitam, non maiorem: minorem similiter distinguo: dato auxilium efficax est simpliciter necessarium ad operationem ut sit possibile, non minorem: ad operationem ut actualiter positam dato minorem, huius solutio sed similiter distinguo, ad operationem salutarem ut actualiter

positq e simpliciter necessariu, qd illq ponat auxiliu su-
pernale, ideo mare ad operationem salutarem ut pot.
possibile e simpliciter necessariu, qd illq ponat auxiliu
supernale, n, mare, illud quippe necessariu simpliciter
e qd existat in hoe auxiliu supernale potens, et
sufficiens, apiu ut ui illius ponat salutari ope-
ratio, operatio, ut possibilis pot n pend
sui principiu, sive auxiliu supernale, ut ex
ercens actualiter, sed ut potens, et sufficiens
se exercere, q° n pend illud ut actualiter et absolute
efficace, sed ut simpliciter sufficiens, sive ut potesta-
tiue, et ... efficax, q° ad huc n in vellecto
auxilio actualiter, et absolute efficaci, intelligit pot
pot, et adequate ad salutarem operationem per auxiliu
absolute sufficiens, qd sit tunc possibiliter pure sufficiens,
sive inefficaciter propter carentiam liberam operationis.

Cap. ...

Cuibus dq quae sunt ... auxiliu su-
fficientis sanis sit.

Si queres 1°, quo-
modo auxiliu sufficiens differat ab efficaci R.
Loqdo de sufficiente quoad entitatem, sive specificatiue,
certum e in nostris principijs n differre ab efficaci, cum
specificatiue et quoad entitatem, ~~sive specificatiue, certe~~
ut sequitur dupliciter videbimus, cum efficacia n sit essentialiter
adequate auxilio, qd denominat efficax. loqdo autem
de auxilio sufficienti pure tali reduplicatiue, certum
e ita differre essentialiter ab efficaci reduplicatiue ut tali.
Ratio e in promptu: q° auxiliu pure sufficiens re
duplicatiue ut tale dicit essentialiter negationem opera
tionis salutaris, et negatione futuritionis talis ope
rationis. Et hoc ipso differat essentialiter ab auxilio efficaci
reduplicatiue ut tali, qd dicit essentialiter operationem
salutarem, et futuritionem infallibilem operationis
salutaris, ... Maior et minor liquent. Minor probatur:
cum auxiliu dicens essentialiter negationem operationis, differat

xualiter, imo et metaphisice repugnet cum auxilio di conne-xualiter operationis.

Moueres 2°, an auxilium pure sufficiens ut collatum homini a Deo includat non solum scientiam simplicis intelligentiae, Deus enim ~~m~~ scientia media? Deo ut collatum homini a Deo qualiter entitas auxilii collati non includat scientiam, tamen ut est donum supernaturale collatum a Deo, affert rationem beneficii formalis Dei: beneficium autem formale includit constitutive ex parte conferentis cognitionem doni, et utilitatis, quam intendit pervenire alteri, cui confert, ut notum est, aliter non denegaretur formalis, sed materialis benefactor, qui absque tali cognitione conferret donum: haec scientia necessario constituens auxilium sufficiens in esse formalis beneficii, et Deus in esse formalis benefactoris est scientia simplicis intelligentiae, qua Deus cognoscit convenientiam et utilitatem convenientem homini ex collatione auxilii sufficientis ad actum salutarem eliciendum: ex qua cognitione motus, et utilitatem hominis intendens, confert ei auxilium sufficiens valde cum utile est homini, habere per auxilium sufficiens potestatem proximam, et expeditam ad salutariter operandum.

Oritur 2° quaestio, numquid praeter scientiam simplicis intelligentiae requiratur etiam formaliter ex parte Dei scientia media ad collationem auxilii pure sufficientis? Requiri ex perfectione divini intellectus attingentis per scientiam omnia eventa futura sub conditione auxilii collati, non est dubium, hoc enim est materialiter requiri, seu concomitanter se habere. Dubium autem est, numquid formaliter et ratione auxilii pure sufficientis, ut collati a Deo requiratur ista scientia media, qua Deus cognoscat, quod si creaturae conferatur auxilium actuale, non convertet, derit inefficax, et pure sufficiens: de hoc subtilis difficultatis puncto non pauca dedimus in materia de praedestinatione, et ex ibidem stamus.

Dico 1° Deus nequit conferre homini auxilium pure sufficiens ut tale: ac proinde ad collationem auxilii pure sufficientis, ut talis, sola media requiri nequit nec ulla alia scientia. Specillatio expressi prius scientia liquido constit, quod si effectus sit collatio auxilii pure sufficientis, ut talis, non posit Deus, ad tale effectum ponendum nihil requirit ex parte Dei. Probatur prius quod confectum: Deus conferens auxilium nequit intendere coniunctionem auxilii cum negatione operationis salutaris. Ergo nequit conferre homini auxilium pure sufficiens ut tale. Patet haec consequentia, quia Deum conferre auxilium pure sufficiens ut tale, est Deum velle, et intendere pure sufficientiam auxilii, id est conferre, quod pure sufficiens, sive inefficax, et non sortiturum effectum salutarem: et intendere et velle coniunctionem auxilii cum negatione operis salutaris: pura [illegible] sufficientia, seu inefficacia auxilii nihil aliud est quam coniunctio auxilii de se sufficientis ad opus salutare cum negatione operationis salutaris: Ergo si Deus conferens auxilium nequit intendere coniunctionem auxilii cum negatione operationis salutaris numquam conferre poterit homini auxilium pure sufficiens ut tale, sive quod tale.

Vanni quod in veritate notatur obiter, et multis [illegible] 1° quia Deus nequit intendere et velle peccatum; alias fieret peccare, cum afficere liber intendens peccatum peccaret; sed coniunctio auxilii sufficientis cum negatione operationis salutaris est [illegible] versionis peccatum et resistentia gratiae liberae. Duce ratione quod Deus conferens auxilium nequit intendere coniunctionem auxilii cum negatione operationis salutaris. 2° quia Deus conferens auxilium homini nequit intendere malum hominis; imo cum conferat Dei gratiae beneficium, seu donum gratiae auxilii, intendit hominis convenientiam, utilitatem, et bonum; sed coniunctio auxilii cum negatione operationis salutaris est malum hominis, ipsi quippe ad ultimum periculum, et culpam imputat

quia Deus conferens auxilium homini nequit intendere coniunctionem auxilii cum negatione operationis salutaris; 3o, quia talis intentio pugnat cum dilectione, et voluntate seria, qua Deus vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem practicam veritatis venire; quo desiderio, et voluntate instructus Deus confert auxilium hominibus omnibus: quo nequit Deus talem intentionem habere, [illegible] dicat; quia serio desiderare, et procurare coniunctionem auxilii cum opere salutari pugnat cum affectu intendente coniunctionem auxilii cum negatione operationis salutaris; sed Deus voluntate seria, qua vult omnes salvos fieri, desiderat, et procurat per media aptissima coniunctionem auxilii cum opere salutari: ergo etc.

Dico 2o, si per impossibile Deus posset conferre homini auxilium pure sufficiens ut tale, hoc est quatenus pure sufficiens, et inefficax ut tale collatio requireret per se scientiam mediam. Dico est notandum quod Deus non conferens auxilium quatenus pure sufficiens, et inefficax, debet moveri a pura sufficientia, seu inefficacia auxilii praevisa, sed per nullam aliam scientiam nisi per mediam potest esse praevisa a Deo pura sufficientia, seu inefficacia auxilii: quo scientia media de dissensu, sive de coniunctione auxilii cum dissensu, et negatione operationis salutaris requireretur ex parte Dei ad collationem auxiliorum pure sufficientium, ut talium, minor constat: quia neque per scientiam simplicis intelligentiae, qua solum eius utilitatem et auxilii, possibilitatem et operationis, attingit Deus; neque per scientiam visionis, qua solum cognoscit absolute existentia pro aliquo differentia temporis, potest Deus cognoscere ante collationem auxilii dissensum futurum sub auxilio cum ante collationem auxilii dissensus non sit absolute futurus, quo solum per scientiam mediam posset Deus in dicta hypothesi potentiam impossibilem praevidere eventum futurum, alteri dissensum si ponatur auxilium, et ex eius modi scientia moveri ad collationem auxilii, quatenus inefficax, et pure sufficiens praevisum est, sive coniunctionem cum dissensu.

Dico 3o, adhuc absolute

tenendi, requiri in Deo scientiam mediam ad collationem auxilii sufficientis pure, seu inefficacis, dico, licet conferre nequeat auxilium pure sufficiens ut tale, conferet tamen auxilium pure sufficiens non consentientibus, ut certum est, et rationem probavimus supra n° 4°. Docemus igitur Deum ut conferentem scilicet auxilium pure sufficiens requirere formaliter scientiam mediam, et ipsum auxilium pure sufficiens ut collatum homini a Deo includere scilicet scientiam mediam. Ratio est, quia Deus conferens scilicet auxilium pure sufficiens confert homini formaliter minus beneficium, quam conferret, si conferret illi auxilium efficax et ipsum auxilium pure sufficiens est formaliter minus beneficium hominis, quam auxilium efficax convenit, quia Deus conferens homini auxilium pure sufficiens denominatur formaliter minus beneficiens, quam conferens formaliter auxilium efficax a quo collato homini denominatur Deus specialissimus hominis benefactor; sed Deus conferens homini auxilium pure sufficiens non confert homini minus beneficium formaliter, quam si conferret efficax, nisi ante collationem auxilii cognosceret per scientiam mediam dissensionem futuram auxilii eius dicentis, ergo Deus conferens formaliter homini auxilium pure sufficiens requirit formaliter scientiam mediam, quae cognoscat dissensionem auxilii eius dicentis futuram, si conferat tale auxilium.

Dicemus istius materiae certa est apud omnes, quod cum auxilium efficacis non solum dat Deus posse, sed etiam ipsum operari salutare, per auxilium autem pure sufficiens, et inefficax solum dat Deus homini posse operari salutare, sed maius beneficium est, cum illud quod dat, magisque homini proficuum, et aestimabile, ergo etc. Nihil obstat quod si Deus, ante collationem pure sufficientis non cognosceret dissensionem auxilii eius dicentis futuram non putaretur homini sit minus beneficium ut eius denique: nemo putatur sit minus beneficium, nisi quod cognoscitur minoris beneficii, quam putatur: sed putatur Deus quod ante collationem auxilii talis dissensionem auxilii eius dicentis futuram esse cognoscit. Itaque haec omnia quod

minoritas beneficii in nostro casu consistit in coniunctione aulis cum dicensu; et ante collationem aulis negat beneficii per se ipsum aliquid cognoscere coniunctionem aulis cum dicensu fieri, nisi per se ipsa media, ut probavimus, nº 16; et hec scia fit regiir, tis adeo, ut si fit min, beneficii factor tali aulis conferri, nec absolutio aulo, ut si fit min, beneficiis hominis quo aulis efficax.

Confiat hec ora, et excitant.

Nihil dessicit.

Arguitur quod si veritas nota in omnibus, 11

